Sit & exteris optabilis Aer
Ita vt iurè multis præferatur,
Et de illa aliarũ Vrbium cõparatione poſſimus dicere appoſitè
Illas Homines, hanc poſuiſſe Deos.
Gaude, & lætare
Inter Medicos decore, & honore digniſſime,
Et dicant omnes meritò de te
Quod hæc ſi verè colligis
Miſces vtile dulci.
Et dulces hinc in ſalſedine aquas facilè reddis,
Vt & vtile, & optabile illis offeras Venetijs habitaculum,
Qui in Venetiarum nomine
Se vtique vt etiam veniant.
Nempe vt diù, & fœliciter, & incolumes viuant,
Non inutiliter excitant.
Hęc fideliter concinit.

Vniuerſa Venetorum Ciuitas.